

sed furtim ablatum, &c.  
Matth. 28, 13.

Quo magis igitur etiamnum furit Satan  
& salutem nostram; eò fir-  
mius capita illa duo, solatij fir-  
missimi nostri causa, credamus.

Tum fiet suo tempore, ut  
*lati* per vitam auctorem Christum  
resurgamus.

*latiores* audiamus illud; Venite  
Benedicti &c.

*latissimi* in vitam eternam intro-  
ducti cum Christo re-  
surrectione & vita nostra  
eternam vivamus & eum  
glorificemus.

---

DOMINICA XIX.

Ex Quæst. 46. & seqq.

ASCENSIONE CHRISTI UNA  
cum eo Christiani collocati in caelis.

TEXTUS Act. 1, 9. & seqq.

*Vers. 9. Quum hæc dixisset, aspicientibus ipsis  
elevatus est: & nubes susceptum eum abs-  
tulit ab oculis eorum.*

*Vers. 10. Et quum essent intentis in caelum ocu-  
lis, eo proficiscente, ecce viri duo adstite-  
runt illis albo vestitu.*